



C

C. l. 94

Altehrb. D. 17

17  
H 17

33

II 2 C. 35


~~2 N 35~~













5  
GEORGIO EBERHARDO

COMITI SOLMENSIS,

DOMINO MINZEBERGÆ ET

SONNEVALDI,

GVBERNATORI SELANDIÆ,

LAVDATISSIMO ET MAXIME

INCLITO ILLVSTRIQ. HEROI,

CVM

SABINA

PRINCIPE GAVRENA,

COMITE EGMONDANA,

ILLVSTRISSIMA LECTISSIMAQ.

HEROINA,

NVPTIAS CELEBRANTI.

EMMETRON HOC

MODVLABATVR

PAVLVS MELISSVS FRANCVS,

PALATII SACRI COMES, ET EQ.

ELECTORIS PALATINI CONSILIARIVS,

ET BIBLIOTHECÆ PRÆFECTVS,

CIVIS ROMANVS.



ANNO CHRISTI

CIO IO VC.



GEORGIO EBERHARDO

COMITI SOLMENSIS

DOMINO MINZBERGE ET

SONNEWALDE

GABRIELI SELANDIAE

LAVDATISSIMO ET MAXIME

INCELTO REVERENTISSIMO

CVM

SABINA

PRINCIPIS GAVRIELIS

COMITIS EGMONDIAE

ILLVSTRISSIMA REVERENTISSIMO

HERENNE

INVTIUS CELEBRANT

EMMETON HOC

MODALITATE

PAVLVS MELLISVS FRANCVS

BARONIS SACRI COMITIS ET

SELECTORIS PALATINI CONSILIARIVS

ET REVERENTISSIME PRAESIDI

CIVIS ROMANVS

ANNO CHRISTI

MDCCCLXX







STROPHE I.

EXCITATRIX animorum tuba,  
Clangore animata vivo,  
Lituique curvi tarantantara  
Sonantes, fera signa Martis accensi;  
Vosque agite o tympana,  
Perterrificrepto sonitu reboantia,  
Quiescitote paullisper,  
Dum lenis citharæ tinnulas per-  
Currerim fides, flexanimo  
Strepitu pectora mulcentes.

ANTISTROPHE I.

Svave cantare melos cónvenit  
Heroi, toros pudicos  
Inituro, & Heroidi floridæ.  
Propago generavit illum, ab illustri  
SOLMIADUM sanguine  
Deducta, per innumerum veteres avum.  
Celebritate præsigni  
Ceras : hanc domus EGMONDA, laudum  
Non minore fulgens titulo,  
Genuit, Principibus digna.



EP O D O S I.

O Sidus aureolum, o candidulam  
Diem, thalami gaudia quæ ridens  
Conspicis, & sudâ nuptias  
Decoras serenitate!

DI Deæque insulares,  
Oceanique Nymphæ,  
Et Rhenicolæ tergeminis  
Regionibus apti,  
Confluunt omnes simul,  
Plausuque testantur publico  
Iugem hilaritatem,

S T R O P H E II.

Non abundant adeo Téthyos  
Stagnantia fluminumque  
Vada fluctibus, concita vel Notis  
Vel Euris mediocre flantibus; nutus  
Ad cupidos navitis;  
Quantis modò lætitiis animum ebrium  
Vtrique, delibutumque  
Cor desideriiis æstuosis  
Reddit, usa ad hoc Idaliis  
Venus acris pueri flammis.

ANTI-



ANTISTROPHON II.

Hactenus Martis amor fervidus  
 Obstricta sibi haud pigendis  
 Tenuit sub armis tua pectora,  
 Lacertosque tibi ferox Duellona  
 Fortiter adroborans,  
 Provexit ad ardua, non sine maximis  
 (Vti fit hac in æumnâ)  
 Termentis, EBERARDE, & periclis.  
 Quisquis aleam istance subit,  
 Faciat damna aliquando æquum est.

ΕΡΟΣ ΙΙ.

At non, ut acer es ac magnanimus,  
 Ibera phalanx Geldriacum juxtim  
 Arnemium te deterruit,  
 (Abiere bina lustra.)  
 Quo minus dimicares  
 Strenuus in duello,  
 Cum Taxisiis agminibus:  
 Licet inferior, ceu  
 Scæva fors belli tulit,  
 Sis fusus, ad viginti domum  
 Vulnera reportans.

A ; STRO-

ΕΡΟΣ



STROPHE III. A

Vestibus jam spoliatus miser,  
 Et semianimis iacebas  
 Trepida inter aggesta cadaverum,  
 Cutem faucibus & globorum & hastarum  
 Et gladiatorum ictibus:  
 Cum te famulum manus ausa fidelium,  
 Cruore turpe foedatum  
 In campis, cuneos nil pavescens  
 Hostium truces, abripere  
 Subito, ponereque intuto.

ANTISTROPHE III.

Tres dies tresque adeo visus es  
 Noctes, sine vocis usu,  
 Sine luminis, sanguineque orbis, &  
 Necis pænè potitus atque Avernorum  
 Manium, hians anxie  
 Durare, animamque agere ultimi in halitus  
 Agone. nec mora est; Clotho  
 Fatorum inspiciens destinatum  
 Ordinem & vices, filaque rum-  
 Pier immunia, sic inquit:



EPIDOS III. ANT. A

Pol nemo serius aut temporius  
 Obire potest mortem homo, ni fata  
 Annuerint, & cælestium  
 Positûs rotundo in orbe  
 Siderum casum ita axint.  
 Nam simul atque vitæ  
 Exordia cœpsint; brevia,  
 Medioxuma, longa  
 Sint necessum est, hæc prout  
 Dispensat ex æquâ Iuppiter  
 Stamina bilance.

EPIDOS IV.  
 STROPHE IV.

Proin, sorores, agili ducite  
 Subtemina longiora  
 Digito, nec ullum remoretur has  
 Opellas opus, inclutoque SOLMENSIS  
 Fausta precatæ, colum  
 Dignê adferitote. Ita fata, adhibet simul  
 Manum ipsamet. Quod ut vidit  
 Pulchri mater Amoris Dione,  
 Educat SABINAM roseis  
 Labiis, atque oculis blandis:



ANTISTROPHÆ IV.

Quæ viro nuberet apte, suo  
 Sed tempore. Gratia olli  
 Genus omne dona annuerant prius,  
 Et uni decus omne luno virtutum  
 Contulerat; Pallas &  
 Artes dederat varias, bona pectoris.  
 Ea ipsa nunc tui confors  
 Fit lecti, generosissimarum  
 Flos viraginum. Non adames  
 Tenerê tam teneram Nymphen

EPODOS IV.

Oblita nunc tibi tot præteriti  
 Mali fera discrimina, magne Heros,  
 Te faciunt hæc per fœdera  
 Revigescere & renasci,  
 Compotem impune voti, &  
 Participem triumpho,  
 Qui te manet in progeniem,  
 Seriemque nepotum.  
 Perpeti te gloriâ  
 Laudent Selandi, laudent Fris,  
 Et Batava virtus.

STRO-



STROPHE VI

His Britanni cumulum gloriæ  
 Iungant, cumulumque Galli,  
 Alemannus & Scotus adoreæ  
 Acervum, tua fama duret æternum,  
 Cumque legent posterum  
 Prælustria facta, quibus Batavi incluti  
 Per arma sumpta clarescunt,  
 Libertatis amantes patriæ,  
 Ac tyrannidis Maurigenum  
 Domitores, & Iberorum;

ANTISTROPHE V.

Dixerint hercule: SOLMENSIS hic  
 Unus fuit ex Toparchis,  
 Gladio tuens patria commoda;  
 Micans, ut jubar aureum per Arctoi  
 Cærule cæli: velut  
 Et MAURICIVS vigil, Vranij genus,  
 Parentis ultus occisi  
 Stragem, non sine victoriosâ  
 Laureâ, ducis belligeri  
 Nitidum ambire caput natâ.

A 5

E P O.



Ultra tenere quid aures capiar  
 Tuas, aliorumque Dynastarum,  
 SOLMIADÆ? Desisto lyræ,  
 Numerumque Doriorum.  
 Grata si Musa nostra  
 Accidit audienti,  
 Applaudæ. sin aliter,  
 Veniam sine saltem  
 Impetret, ni digna fat  
 Encomiis vestris carmina  
 Hymnifera panxit.





HAIDELBERGAE,




Apud Abrahamum Smesmannum;

ANNO CLXV.



HAIDELBERGAE



Abnd Abrahamum Zmcliamum  
.Vox. cl. cl. o. n. A





154886

AB 154886

ULB Halle

3


003 009 254




fu












5

GEORGIO EBERHARDO  
COMITI SOLMENSIS,  
DOMINO MINZEBERGÆ ET  
SONNEVALDI,  
GVBERNATORI SELANDIÆ,  
LAVDATISSIMO ET MAXIME  
INCLITO ILLVSTRIQ. HEROI,

CVM  
SABINA  
PRINCIPE GAVRENA,  
COMITE EGMONDANA,  
ILLVSTRISSIMA LECTISSIMAQ.  
HEROINA,  
NVPTIAS CELEBRANTI.

EMMETRON HOC  
MODVLABATVR  
PAVLVS MELISSVS FRANCVS,  
PALATII SACRI COMES, ET EQ.  
ELECTORIS PALATINI CONSILIARIVS,  
ET BIBLIOTHECÆ PRÆFECTVS,  
CIVIS ROMANVS.

  
ANNO CHRISTI  
CIS ID VC.